

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Infernus a
cum uariis

Melius est dubitare de occultis quam litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore penarum et illum pauperem in refrigerio gaudiorum esse intelligendos non dubito. Sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille sinus Abrahe, illa diuitis lingua, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti, illa stilla refrigerii, uix fortasse a mansuete querentibus, contenciose autem certantibus nunquam inuenitur.

Augustinus de Genesi libro VIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

illa] ille C